UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Victus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Propter eos dotes, quas *Accipitri* natura ſuprà volatilium aliorum conditionem elargita eſt, factum: vt in vniuerſum *Accipiter* eſſet excellentiæ hieroglyphicum, præcipueq; *victoriam ſignificaret*. Nam reliquas omnino volucres volatu antecellit. *Idem lib. 21. pag. 198. F.*

¶ EMBLEMA.

In victoriam dolo partam.
Emblema XLVIII. Andr. Alciat.

Aiacis tumulum lacrymis ego perluo Virtus,
Heu miſera albentes dilacerata comas!
Scilicet hoc reſtabat adhuc, vt iudice Græco
Vincerer, & cauſa ſtet potiore dolus.

Vide, Bellum, Pax.

Victus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VIctus, omne illud ſine quo viuere non poſſumus. Gr. τὰ σιτία, ὁ βίος, Hebr. *Michiah*, à verbo *Chaiah*, vixit, reuixit, viguit, naturalem habuit vitæ vigorem: & metaphorice conualuit, ſanus fuit: qui enim ex graui morbo conualeſcunt, vitæ reſtituti videntur. Vlpianus verborum ſignificationibus, Victus verbo (inquit) continentur quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad viuendum homini ſunt neceſſaria. Conuictus, vna viuendi ſocietas, quam plures ſimul viuunt. συμβίωσις.

¶ LOCI BIBLICI.

Victus, in ſudore vultus parandus. *Geneſ.* 3. 19. Victum Deus largitur homini & beſtiæ, in genere, 1. *v.* 29. 30. *Pſal.* 145. *v.* 15. 16. & 147. *v.* 9. 10. ſed viduæ, pupillo & peregrino peculiariter, *Deut.* 10. 18. de victu non debemus eſſe ſoliciti, *Matt.* 6. 25. *Luc* 12. 22.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De tenui victu. DIAL. X.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Tenuis victus eſt mihi. R. Et tenuis voluptas, & munda ſobrietas. An tu gulæ ſtudio contrarium malles? D. Aſper eſt victus. R. AEquanimis fer, gulæ illecebris caruiſſe cum ad manum ſint aliæ dulciores, & quæri faciliores, & ſeruari. Habet & ſuas virtus illecebras. Ciceronis vtor verbo, has guſtare & ruminare cum cœperis illas magnopere non requires. D. Durus eſt victus. R. Durities amica virtutibus, mollicies voluptati. Quot autem magni viri vltro ſe voluptatibus abdicantes, hunc quem tu refugis victum elegere? quorum aliqui, cum poſſent lautè veſci, panem & aquam in deliciis habuere. An vero voluptati quemquam ſic obnoxium opinemur, vt non illam valde oderit, ſi adiunctum illi dedecus intueri oculis poſſit? Sed funeſta ſuauitas virtutum hoſtis acerrima & titillatio beſtialis, quam qui ſequitur, homo quidem videri poteſt, vere autem animal brutum eſt, ad hæc & familiaritas contracta conuitiis, & conſuetudo rerum peſſima mortalem præſtringit intuitum, vt diſcerni nequeat, quam decorum ſit, quod torqueat, fœdumq; quod mulceat. D. Nimis anguſtus eſt victus. R. Immo nimis ampla, nimiumque capax gula eſt. Vnum viſu anguſtum, re autem vnum omnibus in animam irruentibus vitiis patens iter. Hac flamma libidinum, hac torpor ingenii, hac irarum & iurgiorum feruor ingreditur, hac imperioſa cupiditas omnia pati iubens, atq; facere dum neceſſaria creditis, quæ damnoſa ſunt, & munimen vitæ dicitis, quod ruina eſt. Hac inuidiæ faces, & æmulatio implacata, indignantibus animis, tam gulæ alium obſequentem, quam vos eſſe gloriamini. Inde laudem ſpectantes, vnde pudor metuendus erat. Hac poſtremo ſuperbia, dum inflatus nec ſe capiens venter, animo ſuum affricat tumorem, & perſuadet illi eſſe ſe homine aliquid maius, quod Ambroſia, & nectare paſtus ſit. Vides vt vitium vnum eſt omnibus aditus, neq; hunc, ſi aliter nequit, inopiæ vectibus clauſum cupis? O paupertas amabilis, quæ continentiæ tibi ſumis officium! Vtile eſt cogi ad id, quod facere tua ſponte debueris. D. Tenuis me victus extenuat. R. Malles ne igitur tume fieri, hæc tenuitas podagram tuis pellet è finibus, dolorem capitis auferet, crebriq; vertiginem, vomitumq;, & ructum, & nauſeam, & ſudorem tædiumq; & faſtidium tui ipſius, pallorem alternum, & ruborem, odorem quoque & oris, & corporis, tibi, atque aliis importunum ſiſtet. Præterea pedes inſtabiles, manus tremulas, nutans caput (quodque eſt optimum) animum ipſum moderabitur, frænabitque. Et qui igitur tam multa corporis, atq; animi bona paruo cibi deſiderio, ac momentaneo guſtus incommodo tibi parta conquereris dignus his præditis, guſtui deſeruire? D. Tenuis victus me fatigat. R. Contrarius fatigaret niſi forte onus requiem vocas. Non legiſti lautioris vitæ tædia magna eſſe, ita vt quinq; diebus continuis non poſſit ſine faſtidio tolerari ab hominibus temperatis, & altiora ſpectantibus, quam Palatum, & ventrem? D. Supra modum victus eſt tenuis. R. Fuit ætas
quando hic fuiſſet, & eſt adhuc gens aliqua, vbi eſſet vi...
mus. Verum mundo in deterius lapſo vos deterrim...
ſe nitimini publicæ ſemper principes ruinæ, vt qui op...
fuiſtis, verſis vſquequaque veſtigiis ſatis omnium peſſi...
porum vitiis, ac locorum, præcipuum teneatis gradum. ...
tenuis mihi non placet. R. Victum tenuem, & v...
ptatis amatores, ac patroni laudant. Tu quam hæreſ...
xus neſcio. Plato Syracuſias menſas damnat, nec ...
placere ait, bis in die ſaturum fieri. Epicurus in ol...
ptatem ac delicias ponit, & hunc quem tu fugis vi...
verbis probat. Deniq; vt ait Cicero: Nemo de tenui vi...
Tu duarum notiſſimos ſi viarum duces ſpernis, quid ...
niſi vt impetu tui erroris, & virtutis hoſtem, nec ami...
oneroſam ſequaris ingluuiem? Fœdum finem, ne...
quam iumenti (quodq; indignanter ac dolenter di...
multum quidem ſed pro captu ſuo ventri ingerunt ...
tium domini menſuram veſtram & neſcitis & frang...
hilo eſt quod multi mirantur, quia patrum, & auor...
neæ multo pauciores eſſent? homines autem ...
Vina tamen viliora erant. Sic in dies creuit ebrio...
lauto victu ad tenuem ſum redactus. R. Bene habet ...
neglexit, implet inopia. Optimum eſt ſponte agere ...
ximum vel coacte.

De lauto victu. DIAL. XVIII.

Franciſci Petrarchæ.

GAVD.

In lautiſſima educor familia. R. Multum tibi ...
rum eſt, eritque mox nihil. An ideo magis tibi ...
colæ vermes parcent, an cibo molliore veſcentur ...
iocor tecum, nec te terreo. Scis & ſi forte diſſim...
uio paratam eſcam, & forte iam cœnæ tempus ...
tem longius abeſſe iam non poſſe. Nam & breui...
cique conuiuæ, & quæ menſam inſtruit mors ...
tunc lauticiæ iſtæ profuturæ ſint videris. G. La...
fantia educatus ſum. R. Opeſſima pueritia ...
ctis bonis artibus exquiſitis cibis, & peregrin...
factus à puero præclariſſimam in ſpem adoleuiſti. ...
odores noſſe, mirarique doctus eximie opipara...
aurea venerari, neque ſero vt virorum fortium ...
ſitimque communibus lenire, ſed ambitioſa ſem...
damnoſis ſtomachi ſarcinis mane illis occurrere, ...
remo ſancti viri eſurierint, tot in caſtris glorioſi du...
brie, atque aſpere vixerint: an ſi tibi gemmis ...
hinc Curtius, Fabritius, Coruncanus lecta ſuis ma...
nantes fictilibus, atque arantes ad veſperam ...
ac Serranus, aut poſt hos Cato Cenſorius conſul in ...
uigans, vnde triumphator rediit, non alio quam ...
no vſus, omnes notiſſimi hoſtes voluptatis occ...
Paulus atque Antonius fontis ad ripam miſſum ...
panem, non verecundia, ac dolore faucibus hæret...
attoniti guſtus titillatio illa lenteſceret? Cogita...
ctu tam tenui tamque, humili labore gaudentibus ...
triam ſubactoſque nobiliſſimos reges ac populos (...
difficillima eſt) carnem propriam, ac mundum & ...
ſtes animæ debellatos: te inter amplas dapes, ...
quem vili perdomitum voluptate? G. Lau...
R. Sentio: omne in eo eſt, vt ad fundum mi...
da perueniat, nihil eſt actum cibi ac potus ...
dat & copia, immo vero redundantia, ...
ſuccurrit vt Auguſtus Cæſar, qui fortaſſis pa...
potuerat cibi (ſic enim de illo traditur) ...
ris fere. Sileo quibus veſci ſolitus, ne quaſi ...
has contemptui tibi ſit, interque faſianos & ...
tuos illius principis ſecundarius panis, & caſeus ...
ti piſciculi rideantur. At quanto melius ...
ſarum decus eximium, & gulæ ſumma felicita...
ſemper Phaſidem latuiſſent, quam huc ad ...
bem noſtrum, & irritandas illecebras aduola...
honeſtior ætas illa de qua Naſo ait: *Piſcis ad...*
fraude natabat. Oſtreaque in conchis tuta ...
tium norat quam præbet Ionia diues. Nec ...
gaudet auis. G. Vino fruor electiſſimo. R. ...
fruor, hic eſt finis veſter, ad hoc nati eſtis. Quan...
tim veſtram vinum debile, vel lymphis debilitat...
iam riuus extingueret? Certe princeps ille, de ...
bar, vini quoque parciſſimus (nam & id ſcribitur) ...
plius ſuper cœnam bibens dum in caſtris eſſet. ...
te cœnam bibitis, & in cœna centies, nec num...
dit, & caſtra ipſis vinoſiora ſunt vrbibus. Null...
expeditio, vel certamen. Non bibebat ille inter...
noctibus non ceſſatis: Ille ſitiens pro potione ...
gida panem, vel lactuculæ thyrſum, vel ſucco ...
truſtum cucumeris capiebat, at vos ſitim om...
pantes illam vinis ardentibus & bibendo ali...
extinguitis (dicam verius) accenditis. Nec ...
bere vos ſanguinem terræ, ac venenum ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

lexandro Macedoni ſcripſit Androcides. Quibus ſi ille obtemperauiſſet, profecto amicos in temulentia non in-ſecait Plin. nec ipſe inſuper tandem in temulentia periiſ-eadem cibi indifferentis, ac potus parcitas in cunctis fe-ibus, atq; principibus fuit, & in Iulio Cæſare ſingularis, um veſtræ ſit præferenda libidini, ſomnus veſter illorum & geſtarum rerum gloriæ collatus indicio eſt. Lautiſſi victu R. Si honeſtis etiam rebus frui vetitum, quanto ma-ibus ac turpibus? Nec te pudet, in eo, quod ad caduci cor-ſpectat, immortalis animæ fructum ponis. Epi-ogma, ſed infame olimq; reiectum, deniq; cunctis ex vo-quæ corporeis ſenſibus obrepunt animæ illas eſſe fædiſ-um eſt, quæ tactu, guſtuq; ſeſe ingerunt, quod illæ ma-cum belluis ſint communes, & in bellunos mores rati-al incuruent, quo nihil abiectius humana ſors patitur. & variis cibis delector. R. Et delectare, fruere, ſi nil peius, re pecudis pabulo gaudere, aut reconditorium ferculo-& ſuum dolio munus eripere, deniq; ſic habeto, non poſſe am probas vitam diu pati, faſtidio eſt vicina ſatietas, ieiu-condit. Nil niſi dulce ac ſapidum guſtat fames. Nil , quod non nauſea reddat inſipidum ac ſordidum. Ipſi delectationi huic intendunt, appetitu, & raritate illa acui reliquas copia frequentiaq; contundi, & in nihilum ſæ-contrarium verti. Ipſe demum profeſſor voluptatis Epi-em victum, quaſi vnicum ſuæ profeſſionis auxilium & & coluit. Quodq; ſobrietati ac modeſtiæ tribuunt ho-hoc ille tribuit voluptati, vt quamlibet viuendi viam eli-finibus vnum callem conuenire noueris, vno victu v-ſemper ac modico, niſi quem honeſtis ex cauſis rara ia, illæſa ſobrietate laxauerit, victus hic ſiccos & validos placidos facit, & odore corporis nec ſibi nec aliis moleſto. madidos, æſtuantes, tremulos; olentes, & vt Ciceronis v-, confer & ſudantes, & ructantes, tunc videbis quid inter em interſit, & crapulam, & ſi non virtus, at aſpectus ipſe recta quo nam vergat electio, vt vix ſit quiſpiam tam , qui acriter re diſcuſſa non ſobrietatem longe illi præ-fateatur. Si hæc ſpernis vt leuia, nunquid & morbos , mortemq; contemnes, quæ licet per ſe ipſam magnis contemnenda ſit naturaliter atq; honeſte: ſeu certe non tur-, ſic turpibus cauſis accerſita morte nil fœdius, nilq; ius. An vero non audis eccleſiaſticum conſultorem: eſſe, inquit, in omni epulatione, & non te effundas ſu-eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auidi-inquabit, vſq; ad choleram, propter crapulam multi per-autem abſtinens eſt, adiiciet vitam. G. Lautis, & multi-cibis. R. Aſellum tuum, ſi nimis preſſeris, opprimes, ſi , is, calcitrabit, venter vero depoſitarius malæ fidei eſt. cax conſilium videtur ad omnes, & præſertim gulæ ille-mendas exitum contemplari.

¶ SIMILITVDINES.

Plantæ non ſemper ſeruant indolem ſuorum ſemi-eam mutat cœli terræque ſocietas: Ita victus atque ſubinde mutant ipſam naturam. *In Apophthegmate*

modum neq; is qui multum collegit mannæ, abunda-qui parum, eguit. Sic neq; vita cuiuſquam eſt ex abun-quæ poſſidet, ſed facili ac breui victus promptitu-*phth.*151.

Abſtinentia, Temperantia, Luxus.

Viduitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

, Græce χηρεία, ας, ἡ, & χήρα, ας, ἡ, vidua dicitur. Hebr. *Al-* id eſt non habens partem in marito ex *Al*, id eſt, non, & eſt pars à verbo *alam*, loqui non potuit. Obmuteſcit coram affligentibus eam. *Illem*, mutus. *Pſal.* 38.14. Vi-ex ſignificatione vocabuli, ſeu ſecundum etymologiam libet mulier ſine viro, etiamſi nunquam virum habu-ne duitate. Et dicitur à ve, quod eſt ſine, & duo, ſeu vecors & veſanus. *ff. de verbor. ſignific. l. malum. §. Vul-*

dicitur quaſi idua, hoc eſt à viro diuiſa. Iduare enim he-diuidere eſt. Hinc viduare pro priuare capitur. Hinc , calamitas dicta, quod viduet, id eſt, priuet bonis. A diuiduo per compoſitionem deducitur. Veteres enim diuido dicimus diuiduo dicebant: vnde diuiduum, quod bile, modo ſeparatum, ſignificat, cuius contrarium in-quod Græce ἄτομον vocant.

¶ LOCI BIBLICI.

Vidua, in delitiis viuens, mortua, 1. *Tim.* 5.6.

Viduæ munuſculum à Chriſto laudatur. *Luc.* 21.3. Viduæ Deus facit iudicium, ipſe dat victum, *Deuter.* 10.18. Viduæ parabola, quæ crebris precibus iudicium æquum obtinuit ab iniquo Iudice, *Luc.* 18.2. *&c.* Viduæ filius ſuſcitatur, *Luc.* 7. *verſ.* 11. Viduæ quales in Eccleſiæ miniſterium, ſeu in Diaconiſſarum collegium recipiendæ, 1. *Tim.* 5.3. Quot annorum recipiendæ, *verſ.* 9. Viduæ iuniores laſciuiunt, ideoq; deuitandæ ſunt *verſ.* 11. vbi non reiiciuntur viduæ iuniores ab Eccleſia, ſed ad numerum Diaconiſſarum non admittuntur. Viduæ veræ quæ, 1. *Tim.* 5. *verſ.* 2. quæ videlicet ſolæ ſunt, & omni humano præſidio deſtitutæ.

Viduarum domos comedere, *Matth.* 23.14. Viduarum officium, 1. *Corinth.* 7. *v.* 8. 9. *Tim.* 5.2. Viduarum habenda ratio, & benefaciendum illis, *Exod.* 22. *v.* 22. *Deut.* 16. *verſ.* 14. *&* 24. *v.* 17.19.20.21 *&* 26. *v.* 12.13. *&* 27.19. *Iudith.* 16.28. *Iob.* 24.3. *&* 31.16. *Eccl.* 4.10. *Eſa.* 1.17. *Ier.* 22.3. *Zach.* 7. *v.* 10.18. *Malach.* 3.5. *Mat.* 23.14. 1. *Tim.* 5.3. *Iac.* 1.27. Viduas pias quid deceat, *Iud.* 8.4. *Luc.* 2.37. 1. *Tim.* 5. *v.* 3.5. *Tit.* 2.3.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Viduæ virtutibus debent ornari.

Sic Iudith virtutibus, non veſtibus ornari ſtuduit. *Iud.* 8.

Erat Anna prophetiſſa filia Phanuel, & hæc vidua erat vſq; ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte & die, *Luc.* 2.

Quæ vere vidua eſt & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delitiis eſt, viuens mortua eſt; & hoc præcipue, vt irreprehenſibiles ſint, 1. *ad Timotheum* 5.

Annus ſimiliter in habitu ſint, qui religionem deceat, non criminatrices, non multo vino ſeruientes, vt honeſta doceant. *Tit.* 2.

Studioſe defenſari.

Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorũ: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ; & filii veſtri pupilli. *Exod.* 22.

Viduas eius benedicens benedicam. *Pſal.* 131.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Quid facit hæc vidua inter familiæ multitudinem, inter miniſtrorum greges?

Caueto omnes ſuſpiciones, & quod de te probabiliter fingi poteſt.

Neſciat vidua bigamiæ indulgentiam. *Hier. in epiſt.* 96.

¶ POETARVM DICTA.

Virg. lib. 4. AEneid. Didonis verba de Sicheo marito ſuo.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras
Pallentes vmbras Erebi noctemq; profundam,
Ante pudor quam te violem, aut tua iura reſoluam.
Ille meos primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit: ille habeat ſecum ſeruetq; ſepulchro.

Conſule Tit. de Matrimonio, Coniugio, & Caſtitate.

Vigilantia, Vigilia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Vigilia Græce ἀγρυπνία, ας, ἡ, & ἀγρυπνέω, vigilo dicitur. Hebr. *Schokedh*, à verbo *Schakadh*, Vigilauit diligenter, vigilanter attendit, excubias egit. Cognationem habet cum *Schakat*, quieuit: nam vigiles oportet eſſe quietos, atque alienos à tumultibus & ſtrepitu. Hinc Græcum verbum σχεδιάζω, ſtudeo, ex tempore aliquid facio, celeriter exequor, quod vigilantium & operi intentorum proprium eſt. Vigilia, ſeu vigiliæ vigiliarum, παννυχισμός. Hebr *Aſchmoreth, Aſchmurah, Schemuroth, Schimmurim*, excubiæ nocturnæ, à verbo *Schamar*, Cuſtodiuit, ſeruabit. Eſt autem vigilia, ſolutio & remiſſio ſenſus. *ſecund. Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato.*

Vigilia eſt diſpoſitio, in qua anima imperat ſenſibus & virtutibus exterioribus, & mouet voluntariè ad operandum. *ſecund. Auicen.*

Vigilia dicitur à vigeo, eſt enim vigere validum & robuſtum eſſe, quaſi vim agere. Quare vigiles non ſegnes, non torpentes quales ſunt dormientes, ſed qui vigore ſuo ſunt. Vnde peruigiles non modo aſſidue vigilantes, ſed diligentes & induſtrios dicimus